te excitet a quiete mala cõſciã tua:
⁊ inocẽtia ſomni tui laudat deum.
Laudas cũ agis negociũ: laudas
cũ cibũ ⁊ potũ capis: laudas cũ in
lecto requieſcis: laudas cũ dormis.
Pficiet̃ in nobis laudatio dei cũ ad
illã ciuitatẽ puenerim⁹: qñ effecti
fuerim⁹ eq̃les angel' dei. qñ nos nul
la corpal' nccitas ex aliq̄ pte ſollici
tat: non fames: nõ ſitis interpellat.
nõ eſtus fatigat: nõ frig⁹ obſtrin
git: non febris deiicit: non mors ſi
nit. ad illã pfectiſſimã laudẽ exer
ceam⁹ nos laudatione iſta in ope
ribus. **Nico.** Qualis autẽ debe
bonis. at eẽ pſalmodia
clarius exponit cum ſubdit: dicẽs.
Dño noſtro ſit iocũda decoraq; lau
datio .i. pcedẽs ex mentis ⁊ corpo
ris iocũditate: ⁊ ex decore ⁊ purita

te cõſciẽtie. qr nõ eſt ſpecioſa .i. io
cunda laus i ore pctõris Eccĩ. xv.
**Caſſ.** Tunc eſt enĩ dño iocũda
laudatio: qñ act⁹ noſtri
a ſãctoꝝ verboꝝ q̃litate non diſcre
pãt: ſꝫ in vnã ſocietatẽ vox et vita
cõcordat. Oſtẽdit enĩ diſcordantia
dñm non amare: que cõſtat diſper
ſa colligere: ſic cõñ declarat: dicẽs.
**Nico.** Edificans hieruſa
lẽ dñs .i. eccleſiã ſuã
edificãdo diſpſiões iſrel' .i. popu
li xp̄iani oculo fide deũ videntis con
gregabit .i. i eccleſia militãte p fidẽ.
⁊ in eccleſia triũphãte p aptã viſi
onẽ. Et q̄d agit vt cõgreget eccleſie
ſequit̃. Qui ſanat contritos cor
de .i. ſue paſſionis virtute. Cõtritos
corde dicit illos q̄ offerũt deo ſacri
ficiũ ſpũs contribulati. Et alligat
cõtritiones eoꝝ .i. in vita pñti virtu
te ſacramentoꝝ q̄ ſunt aie medicine.
**Aug⁹.** Et i futuro pfecte ſana
bit cũ hoc mortale cor
pus induerit incorruptõe: qñ ni
hil erit q̄d ſuggeratur ex carne cui
cõſentiamus. Etenim modo fratres
mei q̃nte illicite delectatões animũ
tangũt: q̃uis eis nõ cõſentiamus
⁊ tamen ſi nõ cõſentis delectari tali
bus nondũ ẽ pfecta ſanitas. Quid
igitur ago inquies: modo condele
ctor in lege dei ſm interiorẽ hoiẽ:
video autẽ aliã legẽ in mẽbris me
is repugnantẽ legi mentis mee: ⁊
captiuũ me ducentẽ in lege pec
cati. Noli erubeſcẽ. cõtere. cor cõfitẽ.
⁊ dic ſequẽtia. Infelix ego hõ: q̄s
me liberabit de corpe mortis hui⁹
vt tribuatur tibi gratia dei per Ieſũ

chriſtum dñm noſtruꝫ. ⌊Qui numerat multitudinem ſtellaꝝ.⌋

**Nico.** Hoc ad lr̃aꝫ planũ eſt. q2 fecit eas in certo numero. ⌊& oibus eis nomia vocat⌋. Nomia eniꝫ imponũtur a ꝓprietatibus reꝝ. Ipſe eniꝫ cognoſcit vſqꝫ ad minimã oẽs ꝓprietates & virtutes ſtellarum.

**Caſſi.** quas aſtrologi vocant nomib9 alienis vt veneris mercurij et his ſimilia: quos redarguit cũ dicit̃ iuxta trãſlationẽ romanaꝫ & omnes noie ſuo vocat.

**Iero.** Sꝫ q̃ cõſeq̃ntia iuxta lr̃aꝫ alligat cõtritiones eoruꝫ qui numerat mł̃titudĩnẽ ſtellaꝝ. Vñ ſpũaliter itelligendũ eſt illos q̃ añ ↄtriti fuerant & poſtea ſanati vertit in ſtellas.

**Glo.** De quib9 dic̃ apł̃us. In medio nationis p̃ue & puerſe appareatis tanq̃ luminaria i mũdo: verbũ vite h̃ntes Dñs ergo alligat contritiones fideliuꝫ.

**Nico.** ⌊Qui numeat⌋ .i. diſtribuit ⌊multitudieꝫ ſtellarum⌋ .i. electoꝝ: quorũ cert9 eſt numer9 apud ip̃m: ſic̃ ſcriptũ eſt. Nouit dñs q̃ ſunt ei9. ⌊& oibus eis nomina vocat⌋ .i. premia ſcd̃m merita parat oĩbus.

**Hugo** quorũ noia ſcripta ſunt in libro vite .i. q̃ ſunt in dei p̃deſtinatione. Sequit̃. Magn9 dñs & magna virt9 ei9: & ſapia ei9 non ẽ numerus⌋.

**Cal.** Cui9 nec facta numerari: nec laus et ſapientia ei9 valet appreh̃edi. ⌊Suſcipiẽs mãſuetos dñs⌋ ad ſuã viꝫ grãm. Manſueti ſunt illi q̃s ſuperius dixit tribulatõe ↄtritos & i afflictõne pa tiẽtes.

**Nico.** ⌊hũiliãs autẽ pctõres⌋ viꝫ ſuꝑbos ⌊vſqꝫ ad trã⌋ .i. vſqꝫ ad infernũ: q̃ a doctorib9 d̃r eſſe itra terrã.

**Caſſ.** Mãſueti ſuſcipiunt̃ i celũ. ſupbi dirigunt̃ in terraꝫ vt pximtõne vicaria vñ ſathanas eleuat9 cecidit: hĩc hõ ſubleuat9: aſcendat.

**Aug9** ⌊Precinite dño i ↄfeſſiõe⌋. Hic incipe. te p̃us accuſa. & te accuſato deũ lauda. Poſt ↄfeſſionẽ debet ſeq̃ bona opatio. Vnde recte ſubiũgit̃. ⌊pſallite deo noſtro i cythara.

**Cal.** Cythara em̃ ſig̃t virtutes morales cõſona opatione cõcinentes. q̃ tũc verã cytharã reddunt: qñ ſe federata ſocietate ↄiungunt. Nã ſic̃ integ̃ lira non põt dici cui aliq̃ corda ſb̃trahit̃. ſic nec virtutis eſtimat̃ cui virt9 vlla minuit̃.

**Aug.** Cõfitemĩ g̃ & opamĩ opera miſericordie. pſallite deo noſtro. Cui deo noſtro.

**Caſſi.** ⌊Qui opit celũ nubibus⌋. Cuius hec & q̃ ſequũtur ad lr̃aꝫ bñ intelligi videantur: tñ meli9 allegorice dicta ſentimus. ¶ Petr9 cãtor. Pſallite ergo illi ⌊Qui opit celũ⌋ .i. ſacrã ſcripturã ⌊nubibus⌋ .i. obſcuritatib9 figuraꝝ. Sacra ſcriptura parti eſt facilis vt paſcat. partiqꝫ eſt difficilis & obſcura vt exerceat.

**Aug9** Ad hoc obſcura voluit eſſe dicta ꝓphetarũ: vt h̃ient poſtea ſerui dei qd̃ interpretando influerẽt ſup aures & corda

hominũ. ¶ Petrus cantor. La
parat .ſ. deꝰ ꝑ illas nubes. terre
ꝗ minoribꝰ ſitientibus pluuiã do
ctrine. Et non ſolũ minoribꝰ parat
doctrine pluuiã: ſed etiã magnis.
Vñ ſubdit. Qui pducit in mõ
tibus fenũ ꝗ herbã: ſeruituti hoim.

Jero. Si ad lrãz hoc dr̃: vtiq; fe
num i magnis ꝗuallibꝰ
naſcitur ꝙ in montoſis.

Augꝰ. Montes ergo in hoc lo
co vocat excelſos ſecu
li: aliqua dignitate preditos.

Greg. xxx. moral. In mõtibꝰ
quippe fenuz ꝗ herba
ſeruituti hominũ pducit: cũ ſublimes
huiꝰ ſeculi ad fidei cognitionẽ voca
ti ſãctis pdicatoribꝰ in huiꝰ vite iti
nere ſpũaliter ſibi ſeruientibꝰ tran
ſitoria alimenta largiũtur. Qui
dat iumẽtis eſcaz ipſorũ. Jumẽta
eſcã accipiũt: dũ ſacre ſcripture pa
bulo mẽtes dudum brute ſatiant.
Simplicibus ẽ dat doctrinã ſm ca
pacitatẽ ipſoꝝ. ꝗ pullis coruoꝝ
ꝗ filijs gẽtiliũ dat eſcam ſacre ſcri
pture.

Jero. Nos pulli coruoꝝ ſu
mꝰ. ꝗ de coruis .i. de gẽ
tilibus pctõ ydolatrie nigris veni
mus. Et addit inuocãtibꝰ eũ .i. deſi
derãtibus poſt ꝗuerſiõez dei verbo
ſatiari.

Nico. Ad lrãz dic̃ Phs.
ꝗ corui ñ miſtrãt
cibũ pullis ſuis donec videãt eos ni
greſcẽ plumis. ꝗ tũc recognoſcũt eos
tanꝗ ſuos. Sed anteꝗ hñt plumas
nigras nutriũt rore celi ꝗ ſic dicũ
tur a deo nutriri. Per hoc aũt ꝙ di
cit: inuocãtibꝰ eũ: non eſt itelligen
dũ ꝙ iſta inuocatio ſit ꝑ aliquã re

cognitiõez i pullꝭ exñtez. S; ꝙ vna
queq; res ꝑ appetitũ naturalem tẽ
dit ad ſuã pfectiõem. Sic ẽ dicitur
inuocare deũ a quo recipitur omnis
perfectio et omne bonum.

Caſſ. Poſtꝙ dauid propheta
narrauit illa q̃ fecit dñs:
ꝗñter oñdit q̃ pñt ei diſplicẽ: dicẽs
Non in fortitudine eq̃ volũtatẽ
habebit. Equꝰ ad ſupbiã plerũq;
ponit indicandã. Vñ alius ps̃. dic
Fallax equꝰ ad ſalutẽ. Naz ꝗ ipſuz
animal ceruice pſumẽs: fremis ſe
per incumbens: ad curſus rapidos
ſpumoſa ꝗtrectatiõe feſtinat. Hu
ic ſupbus hõ ꝗpat. q̃ deo nõ ẽ pla
cabilꝭ. ꝗ mãſuetos elegit ꝗ deuotos

Augꝰ. Ergo nõ ſe extollãt ho
mines i ſuis dignitati
bꝰ: nõ ſe ſublimes putẽt honoribꝰ
caueãtq; ne i ſupbia pcipitent. Vi
de ei q̃d dictũ ẽ i alio ps̃. Hi i curri
bꝰ ꝗ hij i eq̃s. Et q̃d accidit eis. Ipi
obligati ſũt ꝗ ceciderũt. nec i tibijs
viri bñplacitũ erit ei.

Glo. ꝗ in ꝗpoſito
hitu homis
pſũptuoſi. Nã i tibijs nõtur iceſſus
ꝗpoſitꝰ. Vel nõ placet deo vir preſu
mẽs in viribꝰ ſuis.

Jeri. ꝙ bellãtẽ deſtruit
rogãtẽ eleuat: hu
miles exaltat: ꝗ ſupbos deijcit.

Nic. Oñſis illis q̃ deo diſplicent
ꝗñter oñdit q̃ placẽt ei: di
cẽs. Beneplacitũ ẽ dño ſup timẽ
tes eũ .ſ. tiore filiali. ꝗ hi non ꝗfi
dũt i virtute ſua: ſ; potiꝰ i dĩa. ꝗ i
eis q̃ ſpãt ſup mia eiꝰ. ꝗ non pſu
mũt de ſua iuſticia: ſ; de dei mia.

Caſ. Et hũc ꝗ ps̃. ad ſinẽ ſeclꝭ
ptinẽ dubiũ nõ ẽ: qñ diſp

ſiones iſraelis in vnum populum
congregantur vt fiat et vnus rex
et vnus paſtor O beatum tempus
quando lapides illi viui preciosiores omni
bus margaritis in celeſtem fabri
cam et eternā beatitudinem colligū
tur tunc vnicuiq; ſanctorum erit dul
ciſſimus labor ſuus. quibus pariet
luctus ɔſolationem. perſecutio eter
nam requiem. et paupertas pia da
bit regna celeſtia Et quicquid gra
uiter hic ptulerunt: ibi ſe talia ſuſ
tinuiſſe gaudebūt. Dona dn̄e hic
patientiam malorū vt illic facias
nobis gaudiū eſſe perpetuū. Qui
cum patre et ſpirituſancto viuis et
regnas in ſecula.ſ. Amen.

# Pſalmus Cxlvij.

Lauda hieru

Titulus Alleluia Caſſ Ad cō
ſuetū
quidem alleluia reuertimur. ſ; hoc
nullatenus repetere faſtidimus Hu
ius verbi tantus honor eſt vt cum
ſit in hebrea lingua reconditū: nul
lo tū ɔſtat alio ſermone tranſlatū;
Hoc grecus. hoc latinus. hoc calde
us. hoc ſyrus. hoc perſa. hoc arabs
hoc tenet natio cuncta terrarū. Et
quicquid eſt diuinitati debitū; di
gnitatem huius nominis pia deuotione
veneratur. Hoc ergo pura mente cante
mus totis q; in eo viribus occupemur
vt ſicut corporeis auribus dulciſſi
mus ſonus redditur. ita et cordis
ſinceritate ꝓferatur. glo In captiuitate ergo
huius ſeculi pro
pheta adhuc conſtitutus ciuitatē
illam celeſtem alloquitur ipſam ex
hortando vt in ciuibus ſuis dn̄m de
beat iugi exultatione laudare. d.
Lauda ieruſalem o ieruſalē
celeſtis iam ſecura lauda do
minū hoc ſolū eſt negociū tuū.
lauda deum tuū ſyon Eadem ē ie
ruſalē et ſyon. Syon ſpeculatio. Je
ruſalem viſio pacis interpretatur
Jero Vbicunq; viſio pacis eſt
. vbicunq; ɔtemplatio dei
eſt: ibi laus dei celebratur Caſſ
Jſta viſio pacis erit cōtemplatio
domini ſaluatoris quā nemo me
rebitur altius niſi qui ab vniuerſa
mentis perturbatione liberatur. Et
vere debes eum laudare Quoni
am confortauit id eſt ɔfirmauit
ſeras portarum tuarum Cum enī
ſeras confirmatas dicit portarū.
clauſas ianuas beate ciuitatis oſtē
dit. Sera enim a ſero quod eſt tar
de: dicta eſt. quo tempore hoſtiū domus
clauditur vt poſtea intrandi licen
tia denegetur. quod illo tempore accidet quando
ſponſus intrauerit. ſicut in euangē
lio de virginibus dicit. Et que para
te erant intrauerūt cū eo ad nupti
as et clauſa eſt ianua. Clauſa.ſ. nō
ad cuſtodie penam: ſ; in beatitudinē
ſempiternā quare nec inde quiſq; vlte
rius ſanctus exibit. nec aliquis poſtea
nouus intrabit. O beatitudo ſecura
iuſtorum que tali lege probatur ſuſcipi vt
nunquam poſſit amitti. Sequitur bene
dixit filijs tuis in te benedictione
eterne glorie Jdeo enī dixit in te quia
nunquam ab illa ierusalem exire poterūt in
qua eterno munere ɔſecrātur. Qui
poſuit fines tuos pacē. Ciuitas illa

magna et ineſtimabilis mira lau
dis breuitate ſcripta ē · que eterna
pace perfruitur · cuius fines pacis
munere terminantur · Vñ colligitꝰ
q̄ q̄cq̄d p̄ter ipſam eſſe cōtigerit:
gehenna eſt · Et ſicut beata hieruſa
lez pacē poſſidet: ſic infelix babilo
nia .ſ. mūdana felicitas dolorū pu
gnam ꝓcul dubio ſuſtinebit · Sed
quemadmoduz pax iſta ꝑueniat:
ↄſequenter exponit dicens ⌊ex adi
pe frumenti ſaciat te⌋ Adipem q̄p
pe frumenti: dicit ipſam viſionem
deitatis · ex qua iuſtoꝝ ſenſus refi
citur dum fideles chriſti dīuī ↄtem
platione ſaciantur · Ipſe eſt verus
panis qui de celo deſcendit Nam ſi
nos hic corporis ſui participatiōe
reficit: quemadmodū ibi ſaciabit
quos toto lumīe ſue deitatis imple
uerit. Reuera ſecura pax et inuio
lata tranq̄llitas quādo indigentia
nobiſcum vlla non litigat · nec ali
quem laſſitudo defatigat · non fri
gus ↄtriſtat · non eſuries grauat ·
et cetera que hic noſtre imbecillita
ti ſp bellum infligunt · Ibi autē cor
poris aīeq3 talis ē ſocietas vt nul
la intra ſe aduerſitate diſcordent:
ſed ibi vtraq3 voluntate ↄſentiant

**Nic.** ⌊Qui emittit eloquiuz ſu
um terre⌋ id ē verbum eu
angelicū q̄d precepit publicari p
orbem terrarū p ap̄los alioſq3 criſti
diſcipulos ad hoc miſſos ſic Mar.
vlti. dī. Euntes inquit in munduz
vniuerſum: predicate euangeliuz
omni creature ⌊velociter currit ſer
mo eius.⌋ quia euangeliuz ī breui
tp̄e fuit publicatum vbiq3 in tota

tra habitabili viuente adhuc Pe
tro ap̄lo ſicut dictū eſt in pſalmo
xviij · Conſequenter oñt quid ſer
mo dei operatur dicens ⌊Qui dat
niuem ſicut lanam.⌋ Hec ad litte
ram dara

**Caſſ.** Loquitur āt hic ra ſunt paraboliće. Ho
mo enim efficitur nix · et cōgelatus
et induratus in malū q̄n a dn̄o rece
dit peccādo · ſed tunc dominus dat
et facit niuem ſicut lanam quādo
frigidiſſima peccatis corda morta
lium ad laneam molliciez et habi
litatem ſatiſfactionis adduxerit. ⌊
nebulam ſic cinerem ſpargit⌋ dū
tenebroſus cumulus peccōꝝ: p ne
bulam ſignatus: confeſſionis gra
tia diſſipatur in humilitate penitē
tie q̄ per cinerem ſignificatur Vñ
in alio pſ̄ dī. Panem meū ſicut ci
nerem manducabā · Sequitꝰ ⌊Mit
tit criſtallum ſuaz ſicut buccellas
ante faciem frigoris⌋ Criſtallus ē
glacies lōgo tp̄e indurata · cui pec
catores obſtinati merito ↄparan
tur · q̄ algore ꝑfidie ↄſtricti p dies
ſingulos ↄgeleſcūt · Hos q3 dn̄s ve
lut buccellas et tāq̄ fruſta panis
mittit q̄n ↄuerſos facit ſua magna
lia ꝑdicare vt alios paſcant pane
verbi diuini

**Hu.** ⌊ante faciē frigoris⌋ eius q̄s ſuſtinebit.
et penā ꝓ infidelitate · q̄ frigus dī ·
q̄s poterit ſuſtinere. q̄ſi dicat · Ne
mo. **Jero.** Gehēna ex igne eſt
et tñ ipſa frigida ē · dn̄s nob̄ ꝑſtet
ne q̄n frigus infidelitatis ingredia
tur cor

**Caſſ.** Et nota q̄ dicit frigoris eiꝰ ñ q̄ a deo frida nr̄a
hoc frigus veniat: ſꝫ q̄ fieri forte p

ſmittat quale ē illud Induravit deꝰ
coꝛ pharaonis. Emittet verbum
ſuū. i. pdicationē ſuā. et liqueſaci
et ea. videlꝫ niuē nebulā et criſtal
lū. i. coꝛda **Jero** Da mihi pecca
indurata toꝛem frigiduꝫ
in pctīs moꝛtuū q̄ dn̄m nō reſpicit
ſi ad ſermonē dei ɔpūctꝰ fuerit et ce
perit agere pniām et duriſſimū coꝛ
illiꝰ emollitū fuerit. eo tpe ɔplet̄
emittet verbū ſuū et liqueſaciet ea
Seqͥt. Flabit ſpūs eiꝰ et fluēt aque
Frigus pſidie nō expellitur a coꝛ
dibus pcōꝝ niſi gratia ſpūſſancti
**Hug** quo expulſo fluēt aque
doctrinarū qd in Paulo
et Auguſtino ac aliis multis ɔple
tum eſt. Qui annunciat verbum
ſuū iacob. i. ppl'o ſuo criſtiano lu
ctanti ɔtra tēptationes viciorꝫ. Iu
ſticias et iudicia ſua iſrl'. i. eidē po
pulo. **Aug**ꝰ videlicꝫ quō patiūt̄
iuſti et iniuſti et oīs
ꝓ merito ſuo et qꝛ ipſi iuſti in grā
dei et nō in meritis ſuis liberantur.
Hugo. Non fecit taliť omni
nationi. i. ſic ppl'o chriſtiano. et iu
dicia ſua nō manifeſtauit eis. Pe
trus cantoꝛ. Hoc p̄mo potuerunt
dicē iudei ad quos chriſtꝰ nūciatꝰ
eſt q̄bus lex data eſt. q̄ iuſticias et
iudicia dei ɔtinebat. Sed qꝛ reſpu
erunt verbū eiꝰ: dictū eſt eis. Auſe
retur a vob̄ regnū dei et dabitur gē
ti facienti fructꝰ eiꝰ. Et ideo hoc mō
poſſunt dicere chriſtiani. Nō fecit
taliť omī na- **Jero** Nos itaqꝫ ore
tioni etc. mus dn̄m vt
nrām coꝛdis duriciaꝫ molleſcāt et
noſtra peccata purgentur: vt effi

ciantur q̄ſi nix. vt et frigus diaboli:
qdcunqꝫ ē in coꝛdibꝰ nrīs: expellat̄
**Colle.** Ex ſmone Fulgentij de
oībus ſanctis. Quatinꝰ
in dei dilectione feruentes tali con
uerſacione pn̄tem valeamꝰ ducē
vitam qua dei adiutoꝛio ad illam
celeſtem valeamꝰ puenire irl'm in
qua non eſt pauptatis metꝰ. non
egritudis imbecillitas. nullꝰ defe
ctus. inſidie demonuꝫ nulle. nulla
rebellio carnis ad ſpiritū. terroꝛ ge
henne peril. neqꝫ mors erit coꝛpis
ā aie: ſꝫ immoꝛtalitatis munere vi
ta iocunda. trāq̄lla ſūt oīa et q̄eta
ingis ſplendoꝛ: non ille q̄ nunc eſt
ſed tanto clarioꝛ q̄nto felicioꝛ. qꝛ ci
uitas illa vt legitur non egebit lu
mine ſolis. Sed deꝰ oīpͦs illumi
nabit eam. et lucerna eiꝰ ē agnus
dn̄s nr̄. Qui ē bened̄ in. s. s. Amen.

# Pſalmus Cxlviij.

Laudate dominū
Titulus Alleluia. Qd
ē laudate deū. Augꝰ
Meditatio pn̄tis vite nr̄e in laude
dei eſſe debꝫ qꝛ exultatio ſempiťne
future vite nr̄e laus dei erit. Et ne
mo p̄t idoneꝰ fieri future vite q̄ ad
illā mō ſe nō exercuerit. Nō mali
oēs cantare pn̄t nobiſcuꝫ all'a. ſi
āt in malicia ſua perſeuerauerint:
canticuꝫ vite nr̄e future dicē potue
rūt labijs. ipſā vo vitā q̄ tūc erit in
veritate: q̄ nūc figtur: obtinere nō
pn̄t qꝛ noluerunt meditari anteq̄
veniret et tenere qd venturum erat
Nūc ḡ fratres exhoꝛtamur vos vt

laudetis deū; Cantet vox. cantet vi
ta. cantent facta. Tunc deſinis deū
laudare qñ a iuſticia ⁊ ab eo qd il
li placet declinas. Etſi ē adhuc ge
mitus: tribulatio: tēptatio: ſperet
tranſitura oīa. ⁊ illū venturū diem
quo ſine defectu laudabim⁹ Modo
enī qd dicit apl's. Qdiu ſum⁹ in
corpe: pegrinamur a dño. nōdū
ſum⁹ in patria. Contendūt adhuc
quotidie nobiſcū tēptationes. ꝯtē
dūt quotidie delectacōnes ⁊ nō ſen
timus. tam̄ moleſtiā patimur: reſi
ſtēdo delectatiōib⁹. Non ceſſat ⁊
nō moritur hoſtis ꝗ̄ in reſurrectio
ne mortuoꝝ Etſi corp⁹ nr̄m adhuc
in hac ſeculi babilonia tenet. cor
noſtꝝ ad irl'm p̄mittatur. Laudet
ḡ tota creatura dn̄m. qa hoc ibi fa
cturi ſum⁹ quod hic meditamur

Caſſ. Conſiderans itaqꝫ ꝓpħa in celeſtib⁹ ⁊ terreſtrib⁹
rebus oīa opa dn̄i ꝯtinel: p̄mo ce
leſtia hortatur ad laudes dei. d.

Laudate dn̄m de cel': laudate
eū in excelſis. Iero. ⁊ vos q̄ eſtis i celis. q̄ eſtis
in excelſis ordinib⁹ ꝯſtituti lauda
re dn̄m. Vnde adhuc ſbdif. Au
date eū oēs angeli ei⁹. Nic. qui ſunt in tri
bus gerarchi
is ⁊ nouē ordinibus. laudate eum
oēs virtutes ei⁹. Ad laudem dei in
uitatur ſpecialit' ordo virtutū qꝛ p
angelos illius ordinis ſiūt effect⁹
mirabiles: in ammirationē diuine
poteſtatis hoīes inducētes ⁊ p ꝯſe
quens ad ei⁹ laudē. Deinde hortat'
natura celeſtis corporea ad laudē
dei. Et p̄mo celū ſydereū. cū ſubdit.

Laudate eū ſol ⁊ luna: laudate
eū omnes ſtelle ⁊ lumē. Licet enī
corpa celeſtia ſint inaīata vt dicit
Damaſ. tam̄ dicunt' deū laudare in
quantū ex ſua pulcritudine ⁊ v̄tu
te ducūt hoīes in cognitionē ⁊ lau
dē ip̄ſi. Iero. Aut dicuntur lau
dare deū qꝛ a ſuo
officio ⁊ ſeruicio nō recedūt. Serui
ciū ipſoꝝ laus dei eſt. grandē; ho
norem habes aīa humana. ſol et
luna. ſtelle ꝓpter te currūt. p te ſer
uiunt. Dicat aliq̄s. Quid ē lumen
ſine ſole: ſine ſtellis: ſine luna. Di
cere poſſumus hoc eſſe qꝛ inf' diē
⁊ noctē. abſqꝫ ſole lucet. Licet mul
ti putent ip̄m ſplendorem ſolis.
Conſequent' inuitat celū empireū
ad laudē dei dicēs. Laudate eum
celi celoꝝ. Dicitur enī celū empire
um celū celoꝝ qꝛ eſt ſup alios celoſ
Qꝛ autem hic ponitur celi in plu
rali hoc eſt propter diuſas man
ſiones electorum ibi exiſtentes ſe
cundū qꝛ dicit ſaluator Iohis. xiiij
In domo p̄ris mei mãſiones multe
ſunt. Conſequenter inuitat celum
criſtallinū qd dī aqueū ꝓpter ſili
tudinē in diaphoneitate. ſicut em
pireū dī a pir qd eſt ignis ꝓpter ſi
militudinē in claritate. vnde dicit
Et aque oīes q̄ ſup celos ſunt lau
dent nom̄ dn̄i. eo mō q̄ dictum eſt

Caſſ. Nimia enī laus eſt qꝛ te
nuitas celorū firma cōſi
ſtit ⁊ aquas q̄ grauiores ſunt ſuſti
net Aque v̄o ſup celos ſūt vt arbi
tror: iſtas q̄ depluūt eſſe: nō dubi
um eſt. teſtante geneſi Cataracte
celi apte ſunt ⁊ facta eſt pluuia ſu

per terrā·xl·diebꝰ ⁊·xl·noctibūs
Sequitur ratio huius laudis que
ↄſiſtit in beneficio creationis·Vn
de di. Quia ipſe dixit ⁊ facta ſūt
ſic Joh·i·di Omnia p verbū dei fa
cta ſunt. ipſe mādauit ⁊ creata ſūt
Deus iubet·deꝰ facit·ꝙ et Sta
tuit ea. videlȝ oīa iſta celeſtia. i ſe
culū ⁊ in ſeculū ſeculi. Sed cū legit
de futuro ſeclo·Erit celū nouū ⁊ ter
ra noua Quō de iſto ſeculo di Sta
tuit ea in ſeculū· Sed oīa a deo ſta
tuta eſſe nō dubiū eſt·Nā ⁊ hō ipe
ꝙuis moriatur: diuinitati ſtatutꝰ
eſt cū reſurgit·Sic ⁊ cetera ⁊ celū ꝯ
pmanent cū innouātur·qbꝰ pce
ptū.i·ↄditionem poſuit ⁊ nō pte
ribit. Iero. Preceptuȝ ſoli poſu
it vt luceret p diem
⁊ ecce p tantos annos p̄ceptū eius
nunꝙ̄ pteriuit·Lune p̄ceptuȝ poſu
it vt p triginta dies creſcat et decre
ſcat Nunqđ curſus ſuus aliqn̄ mu
tat· Mari preceptū poſuit vt litora
ſua nō egrediatur·venit oceanus
tumens fluctibꝰ ⁊ ipſe redit ⁊ prece
ptū dei obſeruat Grandis hoīs ho
nor ⁊ grādis infelicitas·ſol tibi cur
rit·elementa tibi ſeruiunt·et tu ig
noras creatorem tuū·totus mūdꝰ
deo ſeruit ⁊ p̄ceptum eiꝰ meminit:
⁊ hō ſolus nō meminit. Ideo dici
mus in oratione dnīca·Fiat volun
tas tua ſic in celo ⁊ in t̄ra·ſicut in ce
lo angeli tibi ſeruiūt: et creatura i
terra tibi ſeruit: ita ⁊ fuiat tibi hō
O infelix humanū genꝰ·deſcendit
ad te deꝰ qm̄ tu ad celuȝ nō vis aſcē
dere·Nō tibi ſufficit ꝙ ipm̄ non ſuſ
cipis ſꝫ crucifigis: blaſphemas; fla
gellas nec inde penitentiam agis·
Aug. Quid tibi pmiſit deus o
hō mortal· qui victurꝰ es
in eternuȝ Non credis· Crede·plus
eſt qđ iaȝ fecit ꝙ̄ qđ pmiſit·Quid
fecit· mortuꝰ eſt·pro te accepit ex
te vnde moreret: opprobria: flagel
la: collaphos: ↄtumelias: ſputa in
faciem: ſpineā coronā: ſuſpenſionē
in ligno crucē: mortē accepit in rgi
one tua·Et dedit exhortationē: do
ctrinam: remiſſionem pccōꝝ·attu
lit nobis hec de illa regione bona·
⁊ i regione nrā ptulit mala·Quid
pmiſit· vt viuas cū illo Incredibi
lius eſt ꝙ mortuꝰ eſt eternꝰ: ꝙ̄ vt
in eternū viuat mortalis·Et iaȝ qđ
incredibilius eſt tenemus·Promi
ſit ergo nobis vt ibi futuri ſimus
vnde venit·dicens·Pr volo vt vbi
ego ſum ⁊ ipſi ſint mecum Tanta
preceſſit dilectio·quia vbi nos era
mus fuit nobiſcum·⁊ vbi ipſe eſt
erimus Nico. Conſequenter
cum illo hortat ad lau
dē dei natura irrational cum dicit·
Laudate dn̄m de terra. Et in hº
tangitur infimū elementū·Et de in
de elementū aque cū di. Dracones
⁊ omnes abyſſi. Dicunt hic abyſ
ſi loca pfunda oceani vbi hitant
cete grandia que dicuntur hic dra
cones·Vnde Geneſ p̄mo vbi nos
habemus·Creauit deus cete gran
dia·in hebreo habetur Creauit de
us dracones Caſſiodor.
magnos
Vel hic draco ē aīal ſquamoſū in
moduȝ ſpētis cuiꝰ magītudo corpo
rea nimis pducta ē Quid draco natu

rali feruore ſuccenſus in remediū
temperamēti ſui in aquoſis ſpelun
cis habitat: qui non humo repit:
ſed cū moueri ei placuerit volare
narratur. huic ruptus elephas ci
bus eſt. Qui draco virtute mirabili
nexibus ſuis ita ingentiū beluarū
membra cōſtringit vt ei⁹ ſpūm vi
talem velut mu **Aug⁹** Magna
ſcis eripiat. ſunt hec
animantia & maiorā nō ſūt ſup ter
ram. Vñ vos ꝯſiderantes dracones
attendite artificē draconū & creato
rem eoꝝ. Et cū miramini dracones
& dicitis. magn⁹ deus q̄ hec fecit.
dracōnes laudāt deū de vocib⁹ vrīs

**Ni.** Conſequent̄ tangit̄ elemē
tū ignis & aeris cū dicit̄
Ignis quātū ad ſuperi⁹ elementū
grando nix glacies ſpūs pcellaꝝ
i. venti faciētes pcellas. Iſta eniꝫ
gnantur in aere q̄ faciūt verbū ei⁹
qꝛ faciunt illō ad qd ordinātur ex
diuina in **Aug** Sed dicis. Qua
ſtitutione re aliqn̄ fulguā
pcutiunt montē & non pcutiunt la
tronē. qꝛ forte adhuc latronis cō
uerſionē querit. Et iō pcutit̄ mons
qꝛ nō timet. vt mutetur hō q̄ timet
aliqn̄. Et tu cūdas diſciplinā terrā
feris vt infās expaueſcat. Sꝫ dicis
mihi. Ecce de⁹ cedit innocentiorem
& dimittit ſceleratorem. Noli mira
ri. vnicuiqꝫ pio mors bona ē. vnde
aūt ſcis illi ſceleratori ſi ſe mutare
noluerit q̄d penarū i occulto ſerue
tur. Nonne mallent flumen incē
dij potius introire q̄b⁹ dicetur Ite
in ignē eternū. Quid enī malū eſt
mori naufragio. & bonū ē mori fe

bre. Siue inde: ſiue inde moriatur:
quere qual̄ ſit q̄ moritur. Deuora
uerūt beſtie corpa martirū & nō ti
muerūt ne perirēt corpa ipōꝝ. Vn
diqꝫ enī reducet de⁹ corpa ſanctoꝝ
ſuoꝝ cui capilli nr̄i numerati ſunt
Et q̄n voluit tres pueros ab igne li
berauit. Nunq̄d ideo machabeos in i
gne deſeruit. Abſit. illos apte libe
rauit & illos occulte coronauit. No
uit ē de⁹ quid agat. tu time & bon⁹
eſto. vndecunqꝫ voluerit vt exeas
hinc paratū te inueniat. Inquili
nus & peregrinus es. non poſſeſſor
domus. Quid dicit dominus tuus.
Quando voluero cū dixero. migra
hinc: paratus eſto: eris poſſeſſor
in celo. Quicquid ergo hic accidit
contra voluntatem noſtram noue
ritis non accidere niſi de voluntate
dei: de prouidentia ipſius: de ordie
ipſius: de nutu ipſius: de legib⁹ ipī
us. Et non intelligim⁹ quid: quare
fiat. Demus hoc prudentie ipſius
quia non ſit ſine cauſa: & non blaſ
phemabimus. Cum enim cepe rim⁹
de opib⁹ dei diſputare. quare hoc.
quare hoc illud. & non debuit ſic fa
cere. male fecit hoc. vbi ē laus dei.
perdidiſti alleluia. Omnia ſic cōſi
dera quomodo placeas deo. et lau
des artificem qui omnia nouit. Er
go quemadmodum Ignis grando
nix glacies ſpiritus tempeſtatis q̄
faciunt verbum eius. Sic omnia q̄
videntur vanis hominibus in reꝝ
natura temere fieri non faciunt ni
ſi verbum eius. quia non ſiunt ni
ſi iuſſu **Nicolaus** Conſe
eius quent̄

pſalmiſta deſcēditur ad elemētū
terre q̄ntū ad illud qꝛ ſupereminet
⁊ eleuat̄ in aere dicens Montes
⁊ omnes colles Dicuntur aūt col
les montes minores ligna fructi
fera ⁊ omnes cedri Arbores enim
adherent terre ⁊ ideo cū ipſa cōpu
tantur. vñ et tertia die ꝓducte ſūt
arbores Gen̄. i. Sequitur Beſtie ⁊
vniuerſa pecora. ſerpentes q̄ntū
ad repentia q̄ non mouētur pedibꝫ
⁊ volucres pennate Omnia iſta
inuitant ad laudem dei. ⁊ ipſū lau
dant inq̄ntum in ipſis relucet diui
na bonitas. ⁊ ſunt materia laudis
diuine intelligentibꝰ creaturis Cō
ſequēter inuitatur ad laudem dei
creatura humana cū dī. Reges
terre tanq̄ maiores ⁊ oēs popu
li regibus ſbiecti principes qui
dominantur ſb regibꝰ et oēs iudi
ces terre q̄ ſunt inſtituti a regibus
⁊ principibꝰ ad determinandum
cauſas. Iuuenes ⁊ virgines ſe
nes cū iunioribus i. omnis etas
⁊ ſexus laudent nomen dñi. qꝛ ex
altatum eſt no Caſſ. Exaltatū
men eiꝰ ſolius . eſt nomē
riꝰ ſolius i. vltra omēs creaturas
dū ſicut dicit apl's illi omne genu
flectit celeſtiū treſtriū ⁊ infernorū
Ni. Confeſſio eiꝰ ſup celū ⁊
trā i. laus ei fiat ab habi
tantibꝰ in celo ⁊ in terra. Augꝰ
Omnia illi ↄfitentur. oīm pulcritu
do quodāmō vox eoꝝ eſt. Attende
celū: pulcrū eſt. attende terrā: pul
cra eſt. Ipſe fecit. ipſe regit. ipſiꝰ
nutu gubernatur. Cū vides hec ⁊
gaudes: attolleris in artificē. ⁊ in

inuiſibilia eius p ea que facta ſunt:
intellecta ↄtueris. Confeſſio eiꝰ in
celo ⁊ in t̄ra i. cōfiteris ei de rebꝰ tre
nis ⁊ de rebꝰ celeſtibꝰ. Et qꝛ ipſe fe
cit oīa: ⁊ meliꝰ illo nō eſt aliud. q̄c
quid fecit: infra illū eſt. et quicq̄d
in his tibi placet: minus eſt q̄ ipſe
Non ḡ tibi placeat qđ fecit vt rece
das ab eo q̄ fecit Sequit̄ ⁊ exalta
uit i. exaltabit cornu i. ptātem
ppl'i ſui qꝛ hic hūiliata eſt ꝓpter
afflictōnes ⁊ dolores quos patitur
hic idem ppl's fidelis. ibi aūt exalta
bit vbi oīs gloria manifeſta pſta
tur. Primo q̄a dexterā habere me
rentur. ſcđo qꝛ cū dño iudicabunt
Tertio qꝛ in eternā pacē gaudiū
q̄ tranſibūt vt merito exaltati dicā
tur q̄ vſq ad ipſius dñi ↄtemplati
onē mirabili eius pietate peruenī
unt. Et tūc erit Hymnus oībus
ſanctis eiꝰ qꝛ ſcī laudabunt eū ꝓ
oībus bñficiis ſuis. Hymnꝰ ē ſan
ctoꝝ cantꝰ in laude dñi ↄſtitutꝰ cui
aīa corpꝰ q̄ pfecta purificatōe cō
ſentit. Adiecit filiis iſrl' vt oſtē
dat q̄bus ſāctis hymnꝰ ille pſtet
ſ. filiis iſrl' q̄ p fidē videt deum. Et
mandatorū obedientia criſto dño
appropinquare merent̄. vñ ſbdit
ppl'o appropinquāti ſibi Illi enī
longe ab illo ſūt: q̄ eiꝰ iuſſa nō faci
unt Aug. De q̄bus dñs p Eſa.
dicit Populꝰ hic la
biis me honorat. cor aūt eoꝝ longe
eſt a me. Noſtrum autē cor proxi
mum eſt deo quia credimus. quia
ſperamꝰ. qꝛ diligimus. q̄a chriſto
adiuncti ſumus. ⁊ membra ipſius
facti ſumus. Et ad nos illa vox per

tinet. Ecce ego vobiſcū ſū vſq̄ ad
cōſūmatī **Caſſ.** Contueamur
onē ſeculi pſalmū iſtū
quo decore: qua virtute ꝑfulgeat.
Referunt ... enī ſuperne voces que
adhuc nequeūt pre iſta infirmita
te corporalitatis audiri. dicunt ce
leſtes creature laudē deo. dicunt et
terrene ſubſtantie. et melodie can
tus agitur vt domina creaturarū ſu
arū conſona exultatione laudetur.
In ipſis quippe primordijs opina
bilem illam aſtronomie ſcientiā
ita diffiniendam eſſe putauerunt
Aſtronomia ē diſciplina que cur
ſus celeſtium ſiderum et figuras cō
templatur omnes. et habitudines
ſtellarū circa ſe et circa terrā indagabili
rōne percurrit. Cuius operatio
nes ſolarem vel ſolennem annum
dicunt quadrifaria temporū diuiſi
one cōplere. hinc imbres fieri. hinc
perhibent terrena pereari. hinc fri
gora venire. hinc aeris aiunt eſſe
temperiem. Et quicq̄d terris neceſ
ſarium ꝓbatur iuſſione domini ea
rū miniſterio poſſe compleri. Quā
ſciam veteres noſtri non refugien
dam eſſe dixerūt q̄ꝺdiu eſſe cogno
ſcitur diſciplina et motus aſtrorū
naturali ſolennitate perquirit. At
ubi ſe ī aſtrologie partem labilis
error infuderit et vitas mortalium
de curſu ſtellarū putauerit colligē
das tūc abominandi tūc potius ce
ci ſunt cum ſe eſtimēt preuidere q̄
creator vtiliter nobis decreuit abſ
condere. Planetas etiam cōtra po
lum dicūt currere p certiſſimos me
atus. Fabricam quoq̄ celi que ſp mo

bilitate rotabili ſe ſuſtinet: habē
quandā armonie delectationem q̄
ſuauis et iugis ē. Sed nos obſeq̄a
naturaliū rerum ad auctoris ꝯfera
mus imperiū. qui creaturas ipſa ea
dem potentia ſibi parere iubet qua
fecit ex **Jeron** Qui nos cū ſan
iſtere ctis omībus di
gnetur tradere in regnū deo patri
et conformes efficere claritati corpo
ris ſui vt iam ei non localia tranſi
torio cantu ſed perpetuo immobili
celeſtis ſtationis iugi modulacōe
canamus ipſi domino noſtro Jeſu
chriſto qui eſt bened in ſ. ſ. Amen

## Pſalmus Cxlix.

**Cantate do**mi
no
Alleluia pro titlo poni
tur **Caſſ.** Poſt omēs
creaturas quas in precedenti pſal
mo monuit laudare deū eo q̄ ab
ipſo create ſūt. Hic ſpecialiꝰ iſrael
id eſt populū chriſtianū videntē deū p
fidem inuitat ad nouū canticū. d.

Cantate dn̄o canticū nouū **Augꝰ** Quiſ
quis
terrena diligit vetus canticum can
tat. Qui vult cantare canticū nouū:
diligat eterna q̄ nunq̄ veterascent.
**Hug** Vos igitur fideles q̄ reno
uati eſtis p aquā regene
racōnis et induiſtis chriſtū cātate
ei cāticū nouū de miſterio vite redē
ptionis: de doctrina eiꝰ et de ꝓmiſſi
one eternitatis. **Caſſi.** Laus
eius in eccā ſanctorū id eſt in eccā mi
litante ſiue triūphāte. quā vtraq̄
ſine dubitacōne ſcōꝝ eſt. **Lite.**

**Hugo** In ſpē licet multa pa
tiat⁊ [iſrl̄] .i. populus
xpian⁹ videſ deū per fidem.

**Aug⁹** Viſio q̄ mō eſt p fidē
ē viſio q̄ futura erit per
ſpeciē. Si credim⁹: videmus. ſi ama
mus: videm⁹. Quid videm⁹? deū.
Vbi eſt ipſe de⁹? Interroga Johēz
Deus caritaſ eſt. Bn̄dicam⁹ nomē
ei⁹ ſanctū: ⁊ gaudem⁹ in deū ſi gau
dem⁹ in caritate. Quiſquiſ h̄z carita
tez. vt q̄d illū mittim⁹ longe vt vi
deat deū ɔſciāz ſuā attēdat: ⁊ ibi vi
det deū. Si caritas non habitat ibi
de⁹ nō hītat ibi. ſi caritas ibi habi
tat: de⁹ ibi hītat. Vult illū vidē for
te i celo ſedētez: hēat caritatē ⁊ i eo
hītat ſicut i celo. Ergo ſim⁹ iſrl̄: et
letemur [in eo qui fecit euz].

**Nico** .i. in xpō vēturo ad iudi
ciū: q̄ potentia ſue deita
tis fecit mundū. [⁊ filie ſyon] .i. ec
cleſie [exultēt i rege ſuo]. Ex gloſa
Auguſt .i. in xpō q̄ eſt rex ⁊ ſacdoſ
Nā vt rex pugnuit p nob i cruce dy
abolū vincēs. ⁊ vt ſacerdos p nob
ſe obtulit: nihil iueniēſ in hoīe q̄d
offerret. [Laudēt nomē ei⁹ in cho
ro] .i. in ɔcordia moꝝ: vel i ſocieta
te fideliū ɔcordi caritate [i tȳpano
⁊ pſalterio pſallant ei].

**Aug⁹** In tȳpano coriū extēn
dit⁊. in pſalterio corde ex
tēdunt⁊. in vtroq̄ȝ organo caro cruci
figi **Hugo** In tȳpano ḡ hoc
tur. eſt i mortificatiōe
carnis: ⁊ pſalterio .i. in ſpūali opa
tione pſal **Nic.** Ad laudē enim ec
lāt xpō. cleſia vtit⁊ nō ſo
lū ſono vocis: ſȝ etiā inſtrumēto ruȝ

ad laudandū deū: vt cāpanis ⁊ or
ganis in plurib⁹ locis. Conſeq̄nt⁊
ſubdit rōnē laudādi deū: dicens. [
Quia bn̄placitū eſt dn̄o in pplo
ſuo]. Licet em̄ oēs boni ⁊ mali ſint
ſui: gn̄aliter tn̄ iuſti dicūtur pplus
ſuus ſpecialiter q̄ ſunt a deo electi ad
regnādū cū eo in ciuitate celeſti.

**Caſſ.** Nā qn̄ illū fecerit pfecta
ſuauitate gaudētē ⁊ āge
lis parez.. Tūc em̄ erit ei bn̄placi
tū in pplo ſuo: qn̄ erit ſicut aplus di
cit: de⁹ oia in omīb⁹. Sequitur. [⁊ ex
altauit māſuetos in ſalutē] .i. in vi
taȝ etēr **Nico** Loq̄tur hic d̄ fu
nam. turo ad moduȝ
p̄teriti: ꝓpt̄ certitudīnē ꝓphie. Et di
cūtur hic manſueti potiſſime illi q̄
dulciter ſuſtinēt oppreſſiōes tyrā
noꝝ amore dei: q̄ in iudicio futuro
erūt exaltati. Vn̄ ſb̄dit⁊. [Exulta
bunt ſācti in gl̄a] . qꝛ poſt iudiciū
ſcī erūt glorioſi in aīa ⁊ corpe. et
ſic augmētata gl̄ia: augmentabit⁊
eoꝝ exaltatio ⁊ leticia. Et qꝛ tūc to
talit⁊ quietabit⁊ aīe appetit⁹. Ideo
ſb̄dit⁊. [letabūtur in cubilib⁹ ſuis.]
Cubile ē loc⁹ q̄etis]. Et d̄r in pl̄i cu
bilib⁹ p diuerſis gl̄ie ḡdibus ſeu
māſiōib⁹. qꝛ licet ſit eadē beatitudo
omniū obiectiue in illa etn̄a vita:
non tamen formalit⁊. quia licet om
nes ſancti videbunt deum ⁊ eo fru
antur: tamen ipſuȝ vnus videt cla
rius altero: ⁊ dulci⁹ fruit⁊ ipſo. Et
qꝛ tūc i corpib⁹ glorioſis erit laus
vocalis: ſm̄ qꝛ dicūt aliq̄ doctores
⁊ pbabiliter. Ideo ſb̄dit⁊. [Exul
tatiōes dei in gutture eorum] . quia
laus vocalis icipit a gutture et ar

tetũ **Hugo** ⌊et gladiĳ ancipi
is. tes⌋.i. ex vtraq₃
ſcidentes. viʒ ſnĩa iudiciĳ ad iudicã
dũ cum dño bonos ⁊ malos⌊i ma
nibus eoꝝ⌋.i. in ꝑtãte eis data a
xp̃o: q̃ dicit Math. xix. Sedebitis ⁊
vos iudicantes duodecim trib⁹ iſra
hel. ⌊Ad faciendã vindectã i natio
nib⁹: increpatões in ꝑplis⌋.

**Nico.** Per hoc intelligit̃ ↄſtã
tia ſãctoꝝ: ⁊ potẽtia eo
rum in extremo iudicio ↄtra eos q̃
iniuſte oppreſſerũt eos in hoc mun
do: ſ̃m q̃ d̃i Sap. v. Tũc ſtabunt
iuſti in magna ↄſtantia aduerſus
eos q̃ ſe anguſtiauerũt: ⁊ q̃ abſtule
rũt labores eoꝝ. Videbunt eos im
pĳ ⁊ turbabũtur timore horribili:
⁊ mirabunt̃ in ſubitatõne inſpera
te ſalutis: gemẽtes p̃ anguſtia ſpi
ritus. Dicẽt enĩ intra ſe pñiaʒ agẽ
tes. Hi ſunt quos aliqñ habuim⁹
in deriſuʒ: ⁊ in ſimilitudineʒ impro
perĳ. Nos inſẽſati vitaʒ illoꝝ eſti
mabam⁹ inſaniã: ⁊ finẽ illoꝝ ſine
honore. Ecce quõ ↄputati ſunt inter
ſãctos **Hugo** Ecce q̃ta gl'ia
dei. ſanctorũ erit:
qñ qui erãt paupes hic ⁊ deriſi ab
impĳs poterũt vindicare i ſupbos
Petrus cantor. Vñ dicit Jero
nim⁹. Tũc plato cuʒ diſcipul' ſuis
palpitabit. Ariſtoteles cũ ſuis ar
gumentis peribit. Jupiter cuʒ ſuis
cõcubinis ardebit. Ʒ nos videbim⁹
regẽ in throno ſuo coronatũ: queʒ
hic ipſi deſpectui habuerũt. ꝓpter
q̃d detrudentur in infernuʒ. Vnde
ſubdi **Hugo** habebũt ſupple
tur. gladios ⁊ ſentẽ
tiam iudiciĳ extremi. ⌊Ad alligã
dos reges eoꝝ in cõpedib⁹ ⁊ nobi
les eoꝝ in manicis ferreis⌋. q̃ tũc
tyrãni ligabũtur ↄpedib⁹ infernĩ:
de quib⁹ nõ erit liberũ exire: iuxta il
lud Math. xxv. Ligatis manib⁹ ⁊
pedib⁹: ꝓĳcite eũ i tenebras exteri
ores: ibi erit fletus ⁊ ſtridor dentiũ.
Sequit̃. ⌊Vt faciãt in eis iudiciũ
ↄſcrip **Jero** hoc eſt vt ſic eos iu
tum. dicẽt quõ in ſcp̃tu
ris ſanctis digeſtum eſt.

**Caſſi.** Quis poſſit eſtimare ta
le miraculuʒ. Quis tan
tam gloriã mẽte poſſit cõplecti: vt
ſupbi et iniq̃ potẽtes hui⁹ ſeculi il
los iudices habebũt: quos tanq̃
vilia pecora cruciandos eſſe puta
uerũt. Et ne forſitan ſolos apoſto
los iudicaturos putares: quibus
hoc dñs i euãgelio ꝓmiſit: adiecit
⌊gloria hec eſt oib⁹ ſanctis eius⌋
Omnes enĩʒ cũ chriſto iudicant q̃
eius regul' non repugnant. quoni
am quicq̃d illi placituʒ fuerit: hoc
ipſi pia volũtate conſentiũt. Sicq₃
cõmemorat̃ ꝑtãs que ſãctis eſt in
illa iudicatõe tribuenda: vt virt⁹
dñi in eoꝝ gloria poſſit agnoſci.

**Collect.** Qui nobis preſtare
dignet̃ vt in hoc ſecu
lo factores legis effecti: in tribula
tionib⁹ vite pñtis ꝓbati: ⁊ fideles
inuẽti: ſpũalibuſq₃ bonis ditati: me
reamur glorie ſcõꝝ adiungi. p xp̃m
dñm noſtrũ: cui eſt honor ⁊ gloria
in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

## Pſalm⁹. Cl.

**L**Audate do.
Titulus. Alleluia.

**Caſſio.** Intētio pſ̄. eſt vt dn̄s de ꝯgregatōe ſāctoꝝ laude tur: q̄ eos imagini ſue reſtituēs fra gilitatē fecit deponere carnis: ꝛ iaꝫ ꝯformes glorie ſue in illa btītudie collocauit: vt bonoꝝ omniū habū dantia cōpleātur. Sicut enim iſte ignis mortalis ad ſupiora feſtinās comas rutilas erigit in cacumē: ita pſal. iſte paulatim creſcēs ad cele ſtia faſtigia virtutuꝫ gradib⁹ euo lauit. Breuis eſt ꝛ muſicis orgāis plenus: vt ſpiritalibus thalamis redderet̄ aptiſſim⁹. ꝛ in cetu ſupne hierl'm nuptiali dulcedine cātare tur. Ammonet̄ autē in eo ciuitas dei .i. eccleſia a mūdi ambitu cōgre gata vt ore ꝛ aīo cantet deo: dicēs.

**L**Audate dn̄m in ſāctis ei⁹. **Jero⁹.** Pro eo ꝙ eos poſt celebratū iudi ciuꝫ extremū in eternitatis gloria collocauit. Laudate eū i firmamē to virtutis ei⁹. ꝙ ſanctos virtute ſua ita firmauit vt ampli⁹ nō mo rianē. **L**Audate eū in virtutib⁹ eius. p eo ꝙ mortem imortalitate potētialiter cōſumens incōmutabi lis vite hīs tribuerit gloriā: quāꝫ nec ocul⁹ vidit: nec auris audiuit: nec in cor hoīs aſcēdit. Laudate eū ſm multitudinem magnitudinis eius. ꝙ magnos eos fecit ꝛ multos ꝛ multifario honore diſtinctas: ce leſtiū corpoꝝ deputat eis manſiōes: ſicut dn̄s ait. Apud prēꝫ meū mā ſiōes multe ſūt. **Aug.** **L**Audate eū in ſono tube. ꝓpt̄ excellētiā laudis claritatem. Laudate eū i pſalterio ꝛ cythara. **Jero.** eo ꝙ ſāctis decalogum le gis implere pſtiterit: vel poſt mortificatā carneꝫ q̄ cythara accipit̄ i ſe viuificauerint. Lauda te eū in tympano. eo ꝙ mortifica tum corpus ſignatū p coriū exten tuꝫ ſup lignū ſit imortalitate dona tum. Lauda eū in choro. p eo ꝙ choris āge licis ſit ſociatū. Laudate eū in cor dis ꝛ organo. p eo ꝙ ciboꝝ abſti nentiā retortis viſceribus ex q̄bus ſiunt corde inſtrumentoꝝ: vitiiſqꝫ carnalibus cōcupiſcētijs digni iuē ti ſunt regno dei ad ꝯcinēdas lau des diuinas p organū ſigtas. **A**u date eū in cymbalis bn̄ ſonātib⁹.

**Caſſ.** Cymbala eni labia nrā ſunt. q̄ tūc ſalatariter ſo nāt: qn̄ in laudes dn̄i deuotiſſime cōmouē tur. **Aug⁹** Et ne q̄s cymba la intelligeret q̄ ſine aīa ſonāt. Ideo puto additū. In cymbalis iubilationis. Jubila tio nāqꝫ .i. ineffabilis laus non niſi ab anima proficiſcatur.

**Nic.** Scdm eni ꝙ dic btūs Gre go. balbuciēda pro vt poſ ſum⁹ excelſa dei reſonam⁹ .ſ. p ſēſi bilia nobis nō. Ideo exprimūtur hic multa inſtrumēta muſica. nō ꝙ ha beāt locū i celeſti pria: ſꝫ ponūt̄ ad deſignādū multitudinē iocūditatis cele ſtis **Cal.** Et ꝙ ſciſſimus ꝓpheta vniuſa q̄ dicta ſūt ſpū aliter volebat intelligi aptiſſimo fine librum concluſit dicēs. Omnis

ſpiritus tã angelicis q̃ȝ human⁹ laudet. **Jero.** In hoc ergo regno dñm. non caro: non ſanguis: non corruptio: ſȝ homo iã ſpiritualis totus effect⁹: deũ in ſpũ q̃ ſpũs eſt laudare non deſinit: ſic̄ in alio pſ̄. dictũ eſt. Beati q̃ habitãt in domo tua domine: in ſecula ſeculorum laudabunt te.

## Caſſiodo.

## Explicitus

eſt decorus et mirabil̄ ordo pſalmorũ. Numero q̃de miſtico t̄minat⁹: ſȝ ſacris virtutib⁹ infinitus. qui q̃nis a nobis ex toto cõp̄hendi non põt: tñ vtiliter querit̄ q̄ pſcrutat⁹ ſemp copioſior iuenit̄ Q̃nta eniȝ adhuc hic noua dicẽda ſunt q̃ȝ toꝝ fideliũ ingenia vſq̧ ad fineȝ ſeculi curioſa ſedulitate laborabũt. Sed tñ iſta veritas tũc pleniſſime dinoſcẽda eſt: q̃n ipſe dñs cõtemplatõem ſuã p̄ſtare dignabitur. pſpexim⁹ dño largiente q̄ centuȝ q̃nq̃ginta dieb⁹ ſupducto diluuio criminib⁹ ſuis t̄ra diluta eſt. Sic ⁊ pſalmoruȝ centũ quinquaginta abyſſus corda mortaliuȝ peccatis inquinata vſq̧ ad iudicij tempus perpetua emendatõe purificat. et ſic nobis ex ipſo ſalutare diluuiuȝ q̄d noſtꝝ ſenſum delictis ſordiduȝ reddit ablutũ. Quid eniȝ in iſto celeſti armario ſcripturaꝝ diuinaꝝ inuenire nõ poſſis. Geneſim q̄ras hic queadmodũ fuit mundus fabricatus. exponit̄ propheta: dicas Quid de incarnatõe dñi tanta locutus eſt. Euangeliuȝ cupias paſſionem ⁊ reſurrectõeȝ chriſti domini

innuſſicetis locis euidẽter oſtendit Et ne longius differam quicq̃d i celo ⁊ in terra ⁊ in mari vel apud inferos agit̄: ſi cautiſſime legas omnia ſuis locis cõpetenter agnoſcis. Teſtis eſt Anathaſij epi ſmo magnificus: qui virtutes pſalmoruȝ indagabili veritate diſcutiẽs: oĩa illic eſſe pbat q̃cũq̧ ſacre ſcripture ãbitu otinent̄. Nonuȝ ⁊ vet⁹ teſtamentũ tanta ꝓprietate cõplectit̄ vt reuera ſpiritaleȝ bibliothecã i hoc libro intelligas eſſe oſtructã. Nã ſi paradiſus deſiderabilis habet̄ q̄ cũ q̃tuor flumina irrigare noſcuntur: q̃nto beatior eſt aĩa q̃ centũq̃nquaginta pſalmoꝝ fõtib⁹ irrigat̄.

## Oratio.

Tu dñe verus doctor et aduocatus: iudex ⁊ largitor: terribil̄ ⁊ demẽs: corripiens ⁊ oſolator. q̃ cecis mentib⁹ donas aſpectũ. q̃ facis ĩfirmis poſſibile q̄d p̄cipis. q̃ ſic pi⁹ es vt aſſidue rogari velis. ſic munific⁹ vt neminẽ deſpare patiaris. dona q̄d te p̄ſtante boni q̃rimus. ⁊ illa maxime q̃ ex nr̃a infirmitate neſcim⁹. q̄d ex tuo dixim⁹ ſuſcipe. q̄d ex nob̄ igñranter ꝑtulim⁹: parce. ⁊ pduc nos ad illã cõtẽplatõeȝ vbi iam nõ poſſum⁹ errare. dona facẽ que te inſpirante locuti preſũpſi. dona cõpleri q̃ alios obſeruare cõmonui: vt qui preſtitiſti piũ ſmonẽ: pbabilem q̧ cõferas tuis famul̄ actioneȝ. libera nos a malo: homĩ ab illo piculo vt ſic dicit Apo⁹. dũ alijs p̄dico ipſe reprobus efficiar. Q̃ȝ infirmi ſumus: tu veraciter noſti. quali hoſte fatiga

mur agnoſcis: fac nos illū vincere
quatinus eterne iocunditatis pre
mia valeamꝰ ꝓmereri. ¶ Collect.

## Recommēdatio pſalmoꝝ

Amēſa diuine largitatis bonitas:
cuiꝰ ꝓuidētia ſcām ⁊ imaculatā plu
rimaꝝ dote gratiarū ſuā ditauit ec
cleſiā: inter quas illa celeſtis reful
get apotheca diuerſoꝝ medicami
nibus morborū referta liber videlꝫ
pſalmorū. q̄ noui ac veteris teſta
menti ſacramenta pandens a bti
tudine incohatꝰ laudibus ſanctis
⁊ ſacra iubilatōe ꝯcludit: vt meri
to ſe tali munere ꝯſoletur. pfecta
mater eccleſia: q̄ hic multarū cala
mitatū cognoſcitur afflictōibꝰ ſau
ciari hic liber plane q̄tidiano ob
ſui excellentiam ⁊ vtilitatē. dei fre
quentatur officio.

Caſſi. Vtriuſqꝫ dn̄i aduētus
reuelans miſteria ſta
tui ꝯſulens vniuerſoꝝ vtile ſuffra
giū periclitantiū: ꝯſolatio grādis
lugentiū: ſpes beata iuſtorū: fons
indeficiens. vn̄ ſp q̄d expedit tolli
tur. cūctis miſterioꝝ ipſiꝰ clauſtra
pie pulſātibus: remediū de ſuis in
cunctanter languoribus ſpūaliter
refundēs. Quid enī in hoc libro nō
inuenies vn̄ ſe hūanū genꝰ debeat
ſuauiter ꝯſolari. Vere choruſcās
liber. ſermo lampabil': cura ſauti
ati cordis: fauus interioris hoīs
pinna ſpiritualium pſonaꝝ. ocul
taꝝ lingua virtutū: q̄ inclinat ſup
bos hūiliatis: reges paupibꝰ ſub
dit: affabilitate paruulos nutrit.
Quāta enī illic eſt pulchritudo ſē. u

um ⁊ ſtillantiū; medicina verboꝝ
vt merito hic illud Salomonis ap
tetur q̄d dixit in Cant. canticoꝝ.
O: tus ꝯcluſus: fōs ſigtus: paradi
ſus plenus omniū pomoꝝ. Modo
enī quidā pſalmoꝝ ſalutari inſti
tutione formati: turbidos ⁊ tempe
ſtuoſos animos declināt in limpi
dam ⁊ trāquilliſſimā vitā. modo
ꝓmittētes deū ꝓpter ſalutē credenti
ū vſualiter hūanandū ⁊ ad iudi
candum orbē eſſe ventuꝝ. mō ꝯmo
uent lacrimis pctā delere: elemoſi
nis delicta curare. mō ſacris oratio
nibus reuerenter attoniti. modo d
paſſiōe ⁊ reſurrectione dn̄i ſaluta
ria predicantes. modo lamentan
tium deploratione piiſſimi. modo
verſuū repetitione quedā nobis
ſacramenta pandentes. modo can
ticorum graduū aſcenſione mira
biles. poſtremo ſupernis laudibꝰ
feliciter inherētes. Beata copia in
explicabile deſideriū ſtupenda ꝓ
funditas non poteſt animus fidel'
expleri q̄ ceperit inde ſatiari. Pſal
mi ſunt deniqꝫ qui nobis gratas fa
ciunt eſſe vigilias: quādo ſilenti no
cte pſallentibus choris humana
vox erumpit in muſicam: verbiſqꝫ
arte modulatis ad illum redire fa
cit a quo pro ſalute humani gene
ris diuinum venit eloquium. Can
tus qui aures oblectat ⁊ animas
inſtruit fit vna vox pſallentium et
cū angelis dei: quos audire nō poſ
ſumꝰ: laudū verba miſcemꝰ p illū
.ſ. q̄ venit ex ſeīe dauid dn̄m xp̄m:
ſic ipſe i Apoc. dic. Ego ſū radix da
uid ⁊ origo quoq; religionē ſaluta

tatem ſuſcepimus: ⁊ ſancte trinita
tis miſteria reuelata cognoſcimꝰ.
Quiſquis huiꝰ mūeris iocūditate
non fruit̄: quoꝝ virtutes vt breui
ter diuinꝰ ſmo ↄduceret in ſeptua
geſimo pſal. dixit. Ego autē cōfite
bor tibi in vaſis pſalmi virtutē tu
am. Reuera vaſa veritatiſ q̄ tot vir
tutes capiūt: tot diuinis odoribus
farciūtur: tot theſauris celeſtibus
cumulant̄. Hodie que vnū celeſte
recipientes puritatē eius ſemp in
nouitate cuſtodiūt. Dulcedo mira
bilis q̄ ſeculi corruptionibꝰ nō cre
ſcit: ſꝫ in ſua pmanēs dignitate gra
tia ſp puriſſime ſuauitatis auget̄.
Apotheca valde copioſa: de q̄ cum
bibant tam magni terraꝝ populi
vbertas eiꝰ neſcit expendi. Q̄ mi
rabilis aūt ex ipſis profluit ſuaui
tas ad canendū: dulciſonū organū
hūanis vocibus emulant̄. Tuba
rum ſonitus grādiloquis clamori
bus reddunt: vocalē cytharā vi
uentiū cordaꝝ pmixtione ↄponūt
Et quicq̄d ante inſtrumentiſ muſi
cis videbatur agi nūc ꝓbat̄ p ra
tionales ſubſtātias explicari.

Col. Fac nos eterne ſalutis a
mator p tuā grām modu
lationem pſalmoꝝ ſpūalem intel
ligere: et intellectis hūiliter obedi
re ad laudem ⁊ gloriā tuam: qui es
bñdictꝰ in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

# Explicit collecta

rius ſuper libꝝ pſalmoꝝ collectus
⁊ finitꝰ per fratrem Petrum de Ha
rentals Canonicū priorē floreffiē
ſem premonſtratenſis ordinis ad
opus reuerendi patris Johannis
de Arkel: q̄ndā Traiecten̄. poſtea
Leodien̄. epiſcopi. Approbatus et
admiſſus ab alma vniūſitate Co
lonienſi. Impreſſus autē ⁊ ↄſūma
tus p me Conradū de Homborch.
Anno dominice incarnationiſ. M°.
cccclxxx°. Ipſo die ſancti Laurentij
martiris: ad laudem ⁊ gloriā omn
ipotētis dei: ⁊ ad vtilitatē eccleſie
ſue ſancte: qui eſt benedictus in ſe
cula ſeculorū. Amen.

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF
III A. 35

TIFFEN Gray Scale
© The Tiffen Company, 2007
R G B W G K C Y M
A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19
TIFFEN Color Control Patches
© The Tiffen Company, 2007
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black
Centimetres
Inches